Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fiant fructus bonus crescetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Ipse intrabit in regnum celorum. Offertorium. Populum humilem salvum facies domine et oculos superborum humiliabis quia tu es deus pater te domine. Secreta. Suscipe munera quesumus domine que tibi de tua largitate deferimus: ut per sacra mysteria gratie tue operante virtute, et purus vite nos consolatione sanctificent. et ad gaudia sempiterna producant. Per dominum. Gustate et videte quam suavis est dominus beatus vir qui sperat in eo. Complenda. Sit nobis domine reparatio meritis et corporis celestis ministerium: ut cui exequimur cultum sentiamus effectum. Per dominum. Qui fia iii. Ad vnos. Cum adhuc peccatores essemus. ipse pro nobis mortuus est. Quanto magis iustificati nunc in sanguine ipsius. salvi erimus ab ira propter. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Quanto magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem. sed et gloriamur in deo per dominum nostrum ihesum christum. Illo tempore. Dixit iesus. Tua cum intrabunt ad illum magistri vidua quemadmodum in nomine meo recipient dicentes domine

ma. qui non sequitur nos. et prohibuimus eum. Illius autem autem. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo. et possit cito loqui malum de me. Qui enim non est adversum nos pro nobis est. Quisquis enim potum dederit nobis calicem aquae frigidae in nomine meo quia christi estis. Amen dico vobis. non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me. bonum est ei magis si circumponeretur mola asinaria collo eius. et immitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua. abscide eam. Bonum est tibi debile introire in vitam. quam duas manus habere et ire in gehennam in ignem inextinguibile. ubi vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te. amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam eternam. quam duos pedes habere mitti in gehennam ignis inextinguibilis. ubi vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te. eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei. quam duos oculos habere mitti in gehennam ignis. ubi vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. fia v. Ad hebreos